

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Omnia Divini Platonis Opera**

**Plato**

**Venetiis, M.D.LVI**

Dialogus quartus de legibus, vel, de legumlatione

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](#)

Ut quo pacto libertas hæc nimia iam paulatim aucta sit repetamus. Distincta n. nobis tunc per species & figuræ erat musica. Fuitq; una species cantus ad deos precibus placandos, quos hymnos vocabant. Huic altera cantus contraria species. Querulos hos cantus quis maximè appellaret. Alia species Pœn. Alia Dionysij generatio, quam Dithyrambū arbitror appellatā. Erat et alia cantus species, quam leges citharæ dicas nominabāt. His ita que alijsq; quibusdā lege statutis non licebat alio genere cantus pro alio abuti. Autoritas aut cognoscendi hæc indicandi, & damnandi si quis contra fecisset, nec sibi lo, nec ineptis clamoribus multitudinis, ut modo tribuebatur: nec rursus laudandi licentia plaudenti strepentis turbæ, sed præstantibus doctrina viris erat concessa, dabaturq; ipsis ad finē usq; magno cū silentio audire. Adolescentes aut, pædagogi et plebs uniuersa castigatione uirgæ admonebantur. Hac enī ita ordine fierent, multitudo ciuiū libenter parebat, nec audebat tumultuose quicquā indicare. Tempore deinde procedente autores quidem transgressionis à musica alienæ, poetæ ipsi fuerūt: qui ingenio quidē valebant, sed quod iustum atq; legitimum in musica esset, non satis obserabant, debachantes utiq;, & voluptatis magis quam oportuerit, indulgentes. Hi sanè & lugubria hymnis, & dithyrambus pœnas coniūxerūt, Tibiarūq; sonos et cantus, citharæ cantibus imitati sunt, omnibus omnia cōmiserentes. Qui & præter sententiam ex inscrita contrà musicā mentiti sunt, afferentes eam quidem nullam rectam in se normam habere, sed audentis uoluptate, siue probus ille vir sit, seu contraria, rectissime iudicari. Cum igitur homini poemata componeret, et talia uulgo diceret, iniquū adeo et audax aduersus musicā vulgus hoīum reddiderūt, ut se planè posse sint am de musica ferre crederet. Hinc spectacula frequenter exclamare cœperūt, cū filere anteā cōsueissent, quasi quid pulchrū in Musis, quid nō, acute sentirent, atq; ita ex optimatu potestate, in prauā theatri potentia res ipsa desiliuit. Si. n. popularis potentia solū liberorum hoīum exitisset, nullū utiq; magnum incommodum fuisse. Nūc aut ex musica nobis incepit omnia ad omnia opinio sapientie, præuaricatioq; secuta est & libertas. Intrepidi n. erant, quasi scientes, hac licentia impudentiam peperit. Nempe si melioris opinio propter audaciā non timeatur, id ipsum penè perniciosa est impudentia, qua à libertate quadam temeraria profiscitur. MEG. Verissima loqueris. ATH. Hanc libertatem ea licentia sequitur, qua facit, nec magistris subesse velimus. Ex hac originem habet illa, per quam patris matruq; & seniorum seruitutem & præcepta contemnimus. Cuq; pro pè transgressionis huius extremum simus legibus quoq; parere recusamus. In ipso autem extremo, iusserandum, fidem, & oīno deos negligimus. Vnde ad prisca illa tyrannicāq; reuoluti naturam, eadē illa iterū patiemur, duraq; secula rursum degemus, nec malorū finē ullum reperiemus. Sed cur haec uobis dicta sunt, repetendū mihi uideatur, ut oratio quasi equus retrahatur ne si os effrenatū habeat dicendi concita impetu, ab asino, ut prouerbio ferunt, excutiatur. Interrogandum est igitur, cuius causa hac dicta sunt. MEG. Est utiq;. ATH. Hec ergo illorum gratia diximus. MEG. Quorum. ATH. Diximus. Nempe ad tria quædam esse latori legum responsum,

VI ciuitas, qua legibus instituitur, libera sit, sibi ipsi amica, & mentem habeat. hæc dicta sunt, an non? MEG. Dicta prorsus. ATH. Propterea duas gubernationū species in mediū adduximus, vnam in qua arctissima seruitus, alteram in qua resoluta libertas. Considerauimusq; vtra recte gubernaretur. Per seipsum aut mediocritate alteri dominandi, alteri libertatis addita, feliciter niū trasque se habuisse: infeliciter vero, cū seruitus in altera, in altera libertas ad extreum usque peruerat. MEG. Vera narras. ATH. Atqui huīus quoq; ipsius gratia Dorici exercitus constitutionē considerauimus, et radices montis Dardani, habitationemq; maritimam, pri mos p̄tere illos, qui à vastitate diluny relieti fuerant. horumq; causa de musica, de ebrietate, deq; prioribus ēt habitu nobis oratio est. Hac n. omnia ob eam causam dicta sunt, ut intelligamus, quō optimè gubernari ciuitas possit, & quo pacto priuatim quisq; optimè suam vitam disponat. Si vero quicquam operæ precij fecimus, quā nā nobis ipsi aduersus nos, ò Megille & Clinia, redargutio erit? CL. Ego mihi hostes videre quædam videor. Perop portune superiora omnia nobis dicta videntur. His n. ego quodāmodo indigebam. Cōmodumq; ambo, tu dico & Megillus hic, me reperiisti. Neque celabo vos quod mihi accedit. Quasi n. augurio his sermonibus confirmatus sum. Maxima profectio Cretensū pars coloniam deducere quandā cogitat, ac Gnosys eius rei curam cōmitit. Gnosiorum vero ciuitas mihi alijsq; nouē uiris id mādat curandum. Leges autem ponere iubet, & quā nobis ex Cretensibus placeant, & quā aliunde colligi possint. Edicuitq; nobis, ne peregrinas leges horreamus, modo probentur. Nunc igitur & mihi & vobis hanc gratiam præbeamus. Collectio vndiq; legibus, oratione cōdamus ab initio ciuitatem. Sic n. & illud quod à nobis queritur, diligentius considerabitur, & mihi forsitan disputatione hæc ad futurā ciuitatis constitutionem conferet.

ATH. Non bellum indicis, ò Clinia. Quare nisi id Megillo incommodum, mea quidem pro viribus tibi parata sunt. MEG. Probè dicas, ego quoque paratus sum. CL. Optimè ambo dixistis. Quare conandum est primum oratione ciuitatem condere.

## DIALOGVS QVAR TVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM- LATIONE.

MARSILIY FICINI  
ARGUMENT.



VARTVS hic dialogus, quemadmodum & tres superiores, ac etiam pars quinti prima, in ipso conditoris legum consilio officioq; versatur. Huius vero consilium circa ciuitatis materiam atque formam. Materiam inquam, situm, & compositionem, dispositio nemq; vrbis. Formam vero modum publicæ gubernationis & ordinem. At quoniā forma hæc formosa esse nō quam potest, nisi ciuium animi sint formosi, idcirco in formandis & tenera etate, perq; omnem vitam suorum ciuium animis legifer in vigilare iubetur. Materiam igitur ciuitatis paucis expedite verbis, formam uero eius & animorum ipsorum formationem accuratissime tractat, ut potè qui præ animorum dignitate exteriora omnia quamvis amplissima uideantur, nihil pendaat. Profectio Plato noster si corp

si corporum esset medicus, in eligendo aere saluberrimo ad firmam validamq; corporis habitudinem conferente incumberet diligentius. Sed qui in eligenda pro se Academia insalubri loco, non corpori, sed animo moribusq; consuluit, is nimurum in urbe condenda non admidum accuratus appetet: in formandis vero una cum etate moribus tanquam medicus animorum, ut ita loquar, curiosissimus. Præterea si tanti fortunæ faceret bona, quanti ceteri solent, certe agrum, & situm, & modum ad diutinas cumulandas amplificandumq; imperium comodissimum diligenter exquireret. Contra vero facit omnino. Sit ergo urbs procul a mari atque portu, non mercatur & præservit campanarie dedita, non luxuria, non diues. Sit temperata ciuitas, & sobria, & pudica, præ ceteris vero pia. Quidnam aliud mandaturum putas sanctis aliquem religiose ritæ pontificem in aedificandis templis habiti aculiq; sanctorum, quam quod Plato nostre iubet in urbe condenda? Et qui paucus hic de urbis corpore verba facit, idem in beata illa Repub. decem Dialogis expressa, nullum de urbe condenda fecit verbum. neq; id quidem mirum. Illa vacue reliquit calo, hanc in terris edificat, ad exemplaris illius quoad fieri potest imaginem. Propositus igitur erit legiferi, que præter animi bona sunt, præ bonis animi parui facere, in omnique eius institutio ne ad uniuersam virtutem tanquam ad signum intendere. Ideoq; nihil vel in ciuitate, vel circa urbem permittere, unde cives malis aliquando moribus assuecere possint, etiam si inde victoria multarum gentium, potentiaq; amplissima & copia rerum omnium abundans sequatur. Lex enim non extra animum, sed in animum ipsum aciem suam dirigit omni ex parte perficiendum. Itaque inebunt ne cives habeant summo in prelio falso & huic ritæ salutem. Neque tam vt sint, saluq; sint, procurent, quam vt quendam sint, optimi sint. Ad uniuersum vero legiferi institutum perficiendum tria in primis conducere arbitratur, Deum videlicet, fortunamq; & artem. Quae tria humana omnia gubernare dicuntur. Et quo difficiliora quam ceteri autor legum molitur, eo maiori ab his tribus quam ceteri indiget patrocinio. Quod aut Plato dicit Deum, & fortunam atq; artem simul cum Deo humana omnia gubernare, breuiter sic expone. Deus in omnibus per omnia mouet omnia. Mouet mundi sphaeras. Quarum concursio fatum quidem alibi, sed hic fortuna libentiae nominatur. Hinc casus varijs circa externa corporaq; prouenient. Mouet & animas, lumen mentibus inspirando, unde ars non speculandi solu accendiur, sed agendi. Ab arte tandem difficitur extenoris & corporis proficiuntur. Quoniam a Deo quidem cuncta dependent: qui, vt ait Paulus, oia in nobis operatur. Verum ab ipso Deo alia quidem per fortunam procedant, alia vero per artem. Quo sit, vt neq; fortuna, neq; ars aliquando Deo valeat aduersari. Quippe quoniam semper ab ipso utraq; moueantur. Inter se vero duo haec ita se habent. Aut enim consentiunt inuicem, aut forte dissentunt. Si dissentunt, aut fortuna superat artem, aut ars fortunam. Id autem accipe hoc exemplo. Dum mouet deus sphaera interdum per fortunam in mari cōmouet tempestatem. Tempestas quatit nauem. Interea mouet Deus idem eandem nauem per animum quoque gubernatoris, per artem ipsam a Deo continuè dependentem. Quando igitur ars nauem ad certum dirigit portum, atque ad eundem tempestas quoque velit, tunc ars simul cum fortunam consentit. Quando vero alio quidem impellit ventus, alio vero ars certat ducre, tunc ars & fortuna dissentunt, ac tandem vel ars cedit fortune, vel arti fortuna. Interim prouidentia Dei vtrobiisque agit utrumque ad sine sibi soli notum, cui nihil inquam dissonat, cuncta videlicet in uniuersam sui corporis harmoniam occultis modis contemporanti. Ceteris illa ipsa concursionem celestum dispositio, quoniam talis prouenit, vt artem necessario superatur sit. Fatum dicitur potius quam Fortuna: quando vero talis vt exuperare inertem posset, & superari ab arte, Fortuna potius nominatur. Neq; diffidas artem quandoq; vincere posse fortunam. Ut enim fortuna, sic & ars procedit ex Deo. Animaduerte vero ubi Plato de occasione disputat, quam vir magnus nouas condituras leges exoptet, ad id magnopere opportunit, sub illius tyranni nomine iuniorum Dionysium significare, seipsum vero sub appellatione legiferi, atque indicare favorem fortunæ sibi integrum desuffit. Item Platonem in Sicilia apud Dionysium quendam harum legum præencia inchoasse, vt ex epistola intelligi potest: Opus vero id legum expulso Dionysio perfecisse. Denique per hæc dicta redditum in Siciliam suū ab infamia vindicasse. Scio autem Platonem in eo itinere atque redditu nihil aliud contēdisse, quam vt salua Dionysij prosperitate, violenta tyrannis in regnum moderatum conuerteretur. Inter hæc autem rbi de temperantia & prudentia principis loquitur, memento Platonem, mediocrem quidem temperantiam à prudentia distinguere, mediocrem quoque prudentiam à sapientia simili ratione discernere, consummatam vero temperantiam sepe appellare prudentiam, absoluta quoque prudentiam, nonnunquam sapientiam

siam nominare. Quod quidem in Phædone, & tertio Legum, & alibi, & alibi sepe, patet. Adducit præterea naturales quasdam in genij dotes, uirtutibus quidem similes, sed tunc demum, quando reueleruntur exculta, ad virtutum munera conducentes. Quæ quidem de re latius in Repub. disputat. Mandabis interea memorie, quales sunt principiū mores, tales quoque fieri ciuiū reliquorum. Neque ultra de causa mores ciuiū facilis citiusq; quam ex hac mutari posse. Item beatū esse prudentem & temperatum doctorem populi, beatū quoque populum qui audit verba ex ore doctoris eiusmodi proficiuntia. Præterea neque Rempub. felicem fore, neque leges bonas exorturas, prius quam in gubernatore potentia rūa cū sapientia temperantiaq; concurrat. Proinde diuinum ad ciuitatem constituentam auxilium inuocandum. Haec tenus quartus hic liber munus legiferi circa materiam ciuitatis, & formam communis pertractauit. Pergit vero deinceps ad figuram munieris huius distinctionem, querens virū ciuitatis forma regnum esse debet, an optimatum senatus, an potestia paucorum, an popularis. Quoniam vero nihil inter homines bonū reuera dici potest, nisi diuinum imitetur bonum, non iniuria formā prius diuinā & gubernationis exposit, quam ex humanis gubernationibus alijs alias anteponat: uidelicet diuinā & similiorem abhinc que cōtraversia ceteris praefecturus. Probat autē gubernationem diuinā esse regnum, optimatumq; senatus regno coniunctū. Censemq; ex omnibus ciuibus illos eligendos esse ad gubernandum, quotunque sint qui tanti ceteris prudentia & temperantia praestant, quantum viri pueri præstare solent. Atque si quis inter electorū numerum similiter serme interallo ceteros antecellat, regē esse constituentum. Id vero tum ex p̄fenti Saturni mysterio, tum ex simili quodam in Politico, tum ex epistolis & republika potest esse perspicuum. Ceterum ut præfens Saturni mysterium aperitus intelligi posse, meminisse oportet, Platonicos coniectare mundū à vita quadam & anima contineri atque duci, ex tribus potissimum argumentis, ex firma videlicet diuersarū mundi partium copula, ex mirabili motu celi, ex perpetua rerū generatione sub calo. Coniectare rursum mundū à mente regi ex triplici quodam ordine, scilicet ex ordine qui & in ipsa partiu mundi copula, & in sphærarum motu, & in rerum generatione confficitur. Ut rursum vero, scilicet animam atque mentem, Platonicas illas noster breuiter comprehendit. Spiritus intus ait, tandemq; infusa per artus Mens agitat molem. Coniectare tandem & animam & mentem ab ipso bono unoq; dirigī ad regendum, ex eo præcipue quod & conexio partium motusq; & generatio & omnis horū trium ordo in unum tendit, bonumq; dirigitur. Quoniam obrem sub ipso bono regnum geminum continetur, intellectus videlicet atque anima. Illud quidem Saturni, hoc autem Iouis regnum omnis appellat antiquitas. Que Ione idcirco singit Saturni regnum occupavisse, quoniam virisque ad regnum proprium vocantibz animas, scilicet illinc ad intelligibile, hinc ad sensibile bonū, paucissime quædam anima ad intelligibile Saturni bonum contemplationemq; se conferunt, quamplurime vero ad sensibile Iouis bonum actionemq; quotidie confluent. Tradunt antiqui animas quoniam beatas sub Saturni regno vivisse, duobus id modis intelligentes. Primo quidem dum inter diuinās angelicasq; mentes vivabant, antequā in corpora laberentur. Deinde etiam quoties & quotūque voluptuosam quidem vitam negligentes, actiuan vero parū admodum diligentes, contemplati & ritæ ardenter amore se dedunt. Vtque vero accipiatur, in nata intellectuali, beatæ: in animali, sunt miseræ. Accedit quid sub hac miseria ita falluntur, vt cō duo in celo planetæ sint, primus quidem superioris Saturni nuncius, secundus autem nuncius Iouis superioris, laudent quidem Iouis stellam, saturni vero rituperent, cunctis hæc quidem ad temporanea magis prouocet bona, illa vero reuocet ad eternam. At quoniam homo gregabile animal à cōmūnū cōmercio segregatus, mediocrem viuendi habitum seruara non potest, cogitare, vt ita dixerim, vel infra hominem descendere, vel ascendere super hominem: factum est ut Saturnus hominem segregator crimen & insamiam apud infios reportauerit, eorum vero delicta culpa, qui vel mixtione quadam inceptiori, vel educatione peruersa tales euadunt, vt quando à Saturno extra hominem seconatur, descendant ab homine potius, quam ascendant. Verum de his alibi diligentius: reuertamur ad argumentum. Addit Platonem Saturnum quondam hoies distributos in greges custodiæ demonum commendasse. Id autem pluribus modis exponitur. Primo quidem diuinā mentem animas hominū, vt Timæus ait, in variis ordinis ab initia diuisisse stellarum, animarū numerum comitantes. Differentiam vero nostrarum inter se animarum, alijs inter Platonicos numeralem tantum esse putant, alijs etiam speciale, vt unum animarum nostrarum sit genus, in eo multe animarū species, sint etiam multis sub eadem specie. Vtque vero distribuantur, diversis non solu stellis, sed dæmonibus etiam accommodari dicuntur. Alioq; modo exponi

poni potest mysterium, ut videlicet vel ab orbis initio, vel statim post diluuium rudiores homines diuina prouidentia angelorum, sine demonum meliorum ministeri rexerit, donec paulatim facti peritio res ipsi se regerent. Ratione vero consentaneum est rectius felicissimum quām à seipso homines gubernari. Exponitur insuper tertio hunc in modum, ut quotidie quicunque vita rationem eligant ab alijs quodammodo segregatam, riteq; educati fuerint, statim in contemplationis officio in ritus varios discernuntur, eatus & in multos greges fecerni videntur, & alijs atque alijs pro vita similitudine inspirari numinibus atque regi. Mittit in presentia multis praestantium philosophorum scholiarib; quasi greges sub Saturno pastore mirabiliter congregatos. Sub Saturno inquam, tribus principiis modis. Sub mente diuina & angelica primum, deinde sub anima planetar; primi eiusq; sphære, tertio sub ipsius planetæ corpore. Sed mens ipsa facit, anima conficit, planeta portendit. portet inquam, quando in magnis Saturni cum Iove coniunctionibus, Saturnus ipse vel exaltatione sua, vel domicilio gaudet, & tanquam communionis dominus fuetur quidem ab Iove, virtutis & Solis Mercurijq; & Veneri beneficio. Sic magican Zorostris eiusq; sectatorum peperit, seu portendit potius disciplinam, Trismegisti quoque theologiam, Orphei mysteria, arcana Pythagoræ, Socratisam sanctimoniam, Platonicam maiestatem. Ita esse manifestis quibusdam argumentum compertum habemus. Hinc illud in Platonis epistola: Sapienti quidem viro lex deus est, insipienti vero libido. Ambiguus vero hic legitur textus. Alibi enim legitur ut traduxi. Quibus verbis Plato videtur Protagoram confutare, dicentem rerum mensuram hominem esse. Cuius error in libro de scientia subtiliter confutatur. Alibi vero legitur non quam quiuis homo, sed si quis homo, hunc in modum: Deus omnium nobis est mensura, multoq; magis si quis, ut ferunt, homo est. Tu hanc particularam, si quis, ut ferunt, homo est: exponere potes, si quis homo mensura est, multo magis deus est mensura. non enim nobis, sed deo per quem vivimus, debemus vivere. Posset forsan exponere: si deus aliquis homo est. si quando fiat homo, ut ferunt, id est, oracula prophetarum. quia quidem expositio vniuersam quam pia est apud multos, tam accepta foret apud Platonicos. Ut autem appareat quanti fructus sit obseruatio legum, subdit solis harum obseruatoribus licere atque expedire vota dñs sagrarij facere: Ceterorum vero preces & munera à deo respici. Hoc ipsum vero quod est placere deo, dicit esse signum, quo singulas virtute actions quasi sagittas debemus intendere. Sagittas autem in hac ipsam dei gratiam attingendam, esse ait sedulum religionis cultum. In quo coejunt disponit gradus, quos & in carminibus Pythagoricis legitimis. Iubet enim hic sicut ille, ut celestes primum oēs colamus deos, illos pricipue quibus patria quasi patronis est dedicata. deinde sequentes sub calo deos. Quos omnes terrestres appellat. Mos enim Platonis est, & si omnia sub calo elementa ponit, omnia in calo modo celesti, tamen omnia sub calo appellatione terræ comprehendere, omnia item in calo cali ignis nomine. Celestes quidem deos, tum in angelos intelligit superiores, tum sphærarum celestis stellarumq; animas. Deos vero terrestres, tum inferiores angelos, tum elementorum quatuor animas. Tertio mandat coli demones, scilicet puriores, quasi deorum ad nos interpres. Quarto heroas, id est, hominum animas deo acceptorum à corpore separatas. In his omnibus ita distribui præcipit cultum, ut maioribus numinibus maiora, minoribus minora, equalibus equalia munera conferantur. Quinto non tam coli & adorari, quam ornari & quodammodo honorari deorum patrum statutus imperat, legibus consecratas. Quoniam vero oēdum ab diuinum cultum exhortationem ab uno inchoavit deo, euidenter ostendit cetera numina neque per se, sed participatione primi dici deos, neq; propter se, sed illius gratia esse collenda. præsertim cum viuens sum eiusmodi cultum, duxit atque ut illi vniuerso placeas, dicat suscipiendum. Sexto parētes quasi dei vicarios præcipit venerari. Septimo propinquos genere, & familiaritate cōiunctos, & hospites peregrinosque ex diuino iussu amare charitate non sicut. His autem præceptum inseritur euangelicum, ranorum scilicet verborum exactam rationem diuino iudicii reddendam: cuius angelus nobis præest quasi superioris iudicis vicarius & minister, ut nos à turpibus reuocet, prouocet ad honesta: & consentientes quidē tranquillitate conscientia nutritat & delectet, dissentientes vero perturbatione conscientia vexet. Vbi delectat, ab antiquis gratia nominatur: ubi vexat, furia. Et gratia quidem triplex, quoniam præteriti, præsentis, et futuri gratia bonos oblectat. Furia quoque triplex, quia malos similiter cruciat. Et vtrobiq; Fatū, et Parca triplex cognominatur. Dicitur et Nemesis, p̄fertim ab Orpho, ubi in supbos ad auertit. Profcllō veteres ut indicarent superbiam. Deo maxime oīum dissonare obedientiam humilimā exigentē dixerunt superbos non solū diuinā censura, ut cetera ritia, sed etiā indignatione

Y q̄ puniri,

Quod quidem iudicium, quoniam potenter & discernit, & decernit, ineuitabilis sequitur ultro peccatorum, & præmium obseruantium. Seruari vero maximè diuina inquit legem ab his, qui humi lumen cernent suam diuina legis ideo subiungunt, quorum præmium futura beatitudine censemur: respici vero maximè à superbis, qui maxicunt dei legem dereliquerunt, ita deseruntur a Deo. Deserti autem peccant atrocis, & miserabilis cruciantur. Tu vero euangelica haec aureaq; præcepta seruabis alta mente reposta. Quod autem mystria haec antiquo ait sermone constare, Mofaco possumus intelligere. Possamus quoque & Mercurialis quodam & Orphico, apud quos eiusmodi multa perlegimus, & illa quidem evidenter: quae recensere grandius iam prolibet argumentum. At si Orphicos de Ioue, de lege, de iudicio & iustitia & Nemesi hymnos legeris, haec ad verbum inuenies omnia. Post haec Plato populum exhortatur, ut unusquisque magnopere studeat in eorum numero esse qui deum sequuntur, contendens in omnibus placere deo, atque ut id consequatur similem deo se reddens, similem inquam per temperantiae puritatem, qua tanquam regula examinat sua omnia metiatur. Si quidem mensura, quod & Pythagoras inquit, omnium optimæ indicatur, similimumq; deo efficit animalium. Quippe cum deus omnium sit mensura, præcipue nobis, qui videlicet eatenus vel profecti vel frangere debemus singula, quatenus diuine menti voluntati vel conforrnare vel dissidere censemur. Hinc illud in Platonis epistola: Sapienti quidem viro lex deus est, insipienti vero libido. Ambiguus vero hic legitur textus. Alibi enim legitur ut traduxi. Quibus verbis Plato videtur Protagoram confutare, dicentem rerum mensuram hominem esse. Cuius error in libro de scientia subtiliter confutatur. Alibi vero legitur non quam quiuis homo, sed si quis homo, hunc in modum: Deus omnium nobis est mensura, multoq; magis si quis, ut ferunt, homo est. Tu hanc particularam, si quis, ut ferunt, homo est: exponere potes, si quis homo mensura est, multo magis deus est mensura. non enim nobis, sed deo per quem vivimus, debemus vivere. Posset forsan exponere: si deus aliquis homo est. si quando fiat homo, ut ferunt, id est, oracula prophetarum. quia quidem expositio vniuersam quam pia est apud multos, tam accepta foret apud Platonicos. Ut autem appareat quanti fructus sit obseruatio legum, subdit solis harum obseruatoribus licere atque expedire vota dñs sagrarij facere: Ceterorum vero preces & munera à deo respici. Hoc ipsum vero quod est placere deo, dicit esse signum, quo singulas virtutes actions quasi sagittas debemus intendere. Sagittas autem in hac ipsam dei gratiam attingendam, esse ait sedulum religionis cultum. In quo coejunt disponit gradus, quos & in carminibus Pythagoricis legitimis. Iubet enim hic sicut ille, ut celestes primum oēs colamus deos, illos pricipue quibus patria quasi patronis est dedicata. deinde sequentes sub calo deos. Quos omnes terrestres appellat. Mos enim Platonis est, & si omnia sub calo elementa ponit, omnia in calo modo celesti, tamen omnia sub calo appellatione terræ comprehendere, omnia item in calo cali ignis nomine. Celestes quidem deos, tum in angelos intelligit superiores, tum sphærarum celestis stellarumq; animas. Deos vero terrestres, tum inferiores angelos, tum elementorum quatuor animas. Tertio mandat coli demones, scilicet puriores, quasi deorum ad nos interpres. Quarto heroas, id est, hominum animas deo acceptorum à corpore separatas. In his omnibus ita distribui præcipit cultum, ut maioribus numinibus maiora, minoribus minora, equalibus equalia munera conferantur. Quinto non tam coli & adorari, quam ornari & quodammodo honorari deorum patrum statutus imperat, legibus consecratas. Quoniam vero oēdum ab diuinum cultum exhortationem ab uno inchoavit deo, euidenter ostendit cetera numina neque per se, sed participatione primi dici deos, neq; propter se, sed illius gratia esse collenda. præsertim cum viuens sum eiusmodi cultum, duxit atque ut illi vniuerso placeas, dicat suscipiendum. Sexto parētes quasi dei vicarios præcipit venerari. Septimo propinquos genere, & familiaritate cōiunctos, & hospites peregrinosque ex diuino iussu amare charitate non sicut. His autem præceptum inseritur euangelicum, ranorum scilicet verborum exactam rationem diuino iudicii reddendam: cuius angelus nobis præest quasi superioris iudicis vicarius & minister, ut nos à turpibus reuocet, prouocet ad honesta: & consentientes quidē tranquillitate conscientia nutritat & delectet, dissentientes vero perturbatione conscientia vexet. Vbi delectat, ab antiquis gratia nominatur: ubi vexat, furia. Et gratia quidem triplex, quoniam præteriti, præsentis, et futuri gratia bonos oblectat. Furia quoque triplex, quia malos similiter cruciat. Et vtrobiq; Fatū, et Parca triplex cognominatur. Dicitur et Nemesis, p̄fertim ab Orpho, ubi in supbos ad auertit. Profcllō veteres ut indicarent superbiam. Deo maxime oīum dissonare obedientiam humilimā exigentē dixerunt superbos non solū diuinā censura, ut cetera ritia, sed etiā indignatione

puniri, propriumque ad punitionem eiusmodi numen introduxerūt, Nemesos nomine nuncupatum, quod quidem facit potentiam in brachio suo, dissipatque superbos mente cordis sui. Collige è multis omnibus præcipue quatuor, legem, iudicium, iustitiam, Nemesis. Horum exemplum accipe in teipso. Habet in mente legem, quid agendum sit, quid non, cōmuni norma dictantem, & honestum quidem prosequendum esse, turpe vero vitandum. Habet & in ratione iudicium dislinctiori quadam argumentationum discursione discernens, id quod in hac vel illa actione positum est, honestum esse vel turpe. Habet in voluntate iustitiam, eligentem ita prosequi, ita fugere, & ratio per mentis leges prosequendum indicant vel fugiendum. Habet in imaginatione eiusque affectu Nemesis turibus actibus verbisque succensentem atque legitimè indignantem. Similiter in Deo lex iudicium, iustitia, & Nemesis, sed modo diuino. Distinctius aut in Deo quidem lex angelique superioribus. In anima vero mundana ratione, iudicium. In eiusdem voluntate iustitia. In angelis inferioribus seu dæmonibus medijs Nemesis. Vtunque distribuas, hec omnia diuina legi mirabiliter quadam connexione subserviunt ad virtutum præmium, & supplicium peccatorum.



GE iam quamnam fore ciuitatem cogitare debemus? Neq; vero nunc de presenti eius nomine, aut de futuro interrogo. Id.n. forsan aut ipsa colonia deductio dabit, aut locus, vel etiam fluvij, aut fontis, aut deorum qui in ea regione sunt alicuius cognomentum ciuitatis noua fama sua nomen imponet. Sed il lud potius quero, utrum maritima erit, an mediterranea? CL. Dicit ferè hostes à mari hæc de qua loquimur, ciuitas, stadijs octoginta. AT H. Portus vero sūntne prope? an mare illud penitus importuosum? CL. Portuosa est hostes eæ regio, quam maximè fieri pot. AT H. Heu, quid ait? Ager aut ille fert omnia? An aliquorū indigas? CL. Fert penè omnia. AT H. Ciuitas vero aliquanæ illi proxima? CL. Non valde. atq; idcirco habitatores illuc conducere cogitamus. præsca. n. quadam hominum inde facta propulsione, magno tempore spacio iacet regio desolata. AT H. Quo ad campos aut montesq; & sylvas pertinet, quo pacto disposita est? CL. Similes est reliqua totius Cretæ naturæ. AT H. Asperam igitur ipsam potius & sylvestrem quam campestre esse dicas? CL. Aio equidem. AT H. Non est igitur ad acquirendam virtutem incomoda. Nam si mari proxima esset & portuosa, nec ferret oīa, sed multarum rerum egeret, maximo sibi salutis fundatore opus esset, diuinisq; legum latoribus, nemullos ac uarios mores, simulq; prauos huiusmodi regionis natura contraheret. Nunc vero iuuat, quia stadijs octoginta remota est à mari, propinquior certe quam operat mari eo ferme quod portuosa est, ut ait. Satis tamen & hoc esse videtur. Profecto mare ciuitati proximum quotidiana quadam iucunditate eam afficit. Veruntamē vicinitas ea nimium reuera falsa est atq; amara. Nam cum mercibus & pecunijs cauponando ciuitas repleatur, dolosi animi instabile & infidos mores parit. Vnde parū & ipsa ad seipsum & ad gètes alias fidem & amicitia colit. Aduersus hæc tamè illud habet remediu, quod oīa fert. Cumq; sylvestra sit et aspera, licet oīa ferat, non tamè abunde oīa. Nam si esset ad oīa ferax atq; fœcunda, multū auri. atq; argenti ex emissione rerum colligeret. Quà unā re nihil, vt breuiter dicā, perniciosius est, si unū vni conferras ad generosos iustosq; mores, vt in superioribus quoq; si recordamur, est dictum. CL. Recordamur quidem. Et illa tunc & nunc ista recte dicta concedimus,

AT H. Materia vero ad fabricandas naues, nunquid illicit abundant. CL. Neq; illic abies est mentione digna, nec arbor dicea. Cupressi item copia parua, pinumq; & planum illic raram inuenies. Quibus necessario fabri naum ad interiores nauium partes vntur. AT H. Atq; in his etiam non male se habet regionis ipsius natura. CL. Quid ita? AT H. Quoniam operæ preclum est, vt ciuitas facile imitari hostes improba imitatione non posset. CL. Cuīusnam supradictorum potissimum gratia ista dicas? AT HEN. Obserua me vir præclare. Nempe illius gratia quod est ab initio de Cretensium legibus dictum, quas vos ad vnum aliquid, id est bellum respicere dicebatis. Eas ego, quoniam ad virtutem quodammodo referrentur, probè positas esse dixi: quoniam vero non ad universam, sed ad virtutis partem fermè, equidem non valde laudabam. Nunc igitur me quoq; vos in praesenti legumlatione diligenter obsernare, siquid aut quod ad virtutem non pertineat, aut quod ad partem solummodo, legibus sancto. Eum quippe solum recte ferre leges existimo, qui uelet sagittarius illuc animū semper intendit, vnde continuo aliquid semper sequatur, eoru quæ bona sunt, cetera vero relinquit, sine diuitias seu horum aliud quod à uitutibus sit separatum. Imitationem vero hostium improbam tunc fieri dicebam, cu in ista mare quispiam habitans, laudatur ab hostibus. Quale illud fuit. Dicam. n. non tamen præterita iniuria & memoranda studio. Minos olim Minos coenauali copia fretus crudelis Attica tributum imposuit. git Atticam Athenienses vero nondum naues vt nunc ad bellum patet ad dedendos sepius pueratas habebant, nec illa in regione arborū copia erat, vros. de naues facile fabricaretur. Quare non potuerunt rerū imitatione naualium ipsi quoq; nautæ facti, statim hostes tuc suos uicisci. Meliusq; secum actū esset, si sepius septem adolescentes amissent, quam quod illis accidit perpeti. Nā pro terrestribus firmisq; copys, nauales facta consueverunt cursum naues insilire, ac cito decedere, nihil turpe facere arbitrantes, si minus audirent hostiū impetum exceptare, ac mori, sed causas habet idoneas, vt armis amissis, minimè, vt aiunt, turpiter fugiat. Huiusmodi vero ex nauali bello voces audire cottingit, non laude quidem ultra, sed vituperatione summopere dignas. Nunquam. malis moribus, p̄fertim optimam ciuium partem assuferetur decet. Apud Homerum quoq; nauū refugium hoc reprobatur videtur. Ulysses namq; Agamemnonē reprehendit, qui p̄lio Gracis apud Troianos occupatis naues in mare deducere iubebat. Quod molestè ferens Ulysses ait: An iubes in statē beli turbine bene tabulatis instructas naues in altū deducere, vt Troianis ad votū cuncta succedant, nos aut perniciose strages cladesq; sequatur? neque. n. granis se pugna comittent, quum naues mari ad fugam paratas apicient, sed neglecto bello cedent, atque inde volabunt. Vbi quale consilium hoc tum fuerit, apparebit. Patet igitur Homerum quoq; sensisse, obesse triremes ad pugnatuum fugā paratas. Quippe vel leones his moribus usi ceteros fugere consuercent. Præterea ciuitatum potentia quæ naualibus copys fratæ salutē consequuntur, honores optimè bellicarū rerum parti haudquaquam retribuunt. Nam cu arte gubernatoria, et quinquaginta virorū principatu et remigio, virorumq; & vilium horum opere res naualis geratur, non potest quispiam recte honores singulis reddere. Quomodo vero recte se habere ciuitas potest, si hoc

si hoc ipso privata fuerit? CL. Fermè impossibile. Verū tamen hostes nauale apud Salaminam Græcorum aduersus Barbaros pralium uniuersam nos Cretenses Græciam seruasse putamus. ATH. Atqui multi istud tam Græcorum quam Barbarorū affirmant. Ego autem, o amicè, et hic Megillus, pedestrem in Marathonē & in Plateis pugnam, alteram principium salutis, alteram finem fuisse dicimus: & his quidem pugnis meliores Græcos factos fuisse, alijs nō meliores, ut ita de pralij's quibus tunc pariter seruati sumus, dicamus. Bello. n. apud Salaminam gesto, illud addo quod in Artemisio cōmissum fuit maritimum. Verū spebantes nunc ciuilis discipline virutem, & regionis naturam, & legum ordinem consideramus. Non. n. seruari ac esse solum, hoēbus summo in precio, habendū existimamus, ut vulgus putat: sed ut quā diu sunt, optimi sint. Quod & in superioribus, ut arbitror, à nobis est dictum. CL. Dictum plane. ATH. Id itaque tantum animaduertamus, si eandem ipsam agamus viam qua ciuitatibus optima sit in constituenda habitatione legibusq; ferendis. CL. Mirum in modum. ATH. Dic ergo quod sequitur, que multitudo habitatura coloniā sit. Vtrum quicunq; uelint ex tota Creta, quāsi magna in singulis ciuitatibus turba superfluat? An ad ipsius agri uires electi? Non. n. volentes ex Græcis oēs colligitis. et si nōnullos video ex Argis et Aegina alijsq; Græcia partibus regionem hanc habitare. Sed in praesenti mihi dicas, unde futura sit vobis horum nunc ciuium multitudine. CL. EX Vniuersa Creta futuram existimo, & inter Græcos alios, qui ex Peloponēso venient, maximē, ut opinor, recipiētur. Quod due modo dicebas, verū est, ex Argis scilicet istos esse. Etenim quod maximē modo hic genus laudatur, Gortynicum est, quod ex ipsa Peloponēsia a Gortyne huc migravit. ATH. Sed non aequē facilis ciuitatibus illa in unum cōmigratione solet fieri, quādo non examinum more fit, ut genus vnum amicum inter se ab amicis veniens ex una quadā regione, aut agri angustijs pressum, aut alia hmoī necessitate coactum in aliena cōmigret. Quandoq; verò accedit, ut ciuitate seditionibus agitata alio ciuiū pars una secedat. Vniuersa et ciuitas bello victa quandoq; simul fugisse reperitur. Hæc autem omnia partim facilia sunt, ut noua in habitatione disponantur, & legibus denuo positis gubernentur: partim etiam difficultia. Nam quod genus vnum est vnius linguae earundemq; legum, cū sacrorum & huiusmodi omnium cōionem habeat, amicitia quidem inter se aliqua copulatur, sed leges alias, gubernationisq; modum à proximo discrepantem non facile suscipit. Quod verò propter legum suarum improbitatem seditionibus concitum fuit, cū primos illos propter consuetudinem quibus corruptum est mores desideret, durum se & inobedientis gubernanti legesq; ponenti prabet. Quod autem ex varijs confluxit generibus, libentius fortasse nouas leges audiet: sed arduū est omnino, & longo tempore indiget, ut conspirare, & tanquam sub uno iugo equi, vnum idemq; ut dicitur, efflare possint. Sed enim legum sanctio ciuitatisq; constitutio est ad virorum virtutem oīum perfectissima. CL. Probabile id quidem, sed clarus expone, bone vir, quorum id dixeris. ATH. Dum considerare legumlatores et laudare velle, ad Vile quid dictū videor lapsus. Quod tamen si opportune dicatur, nihil negotij dabit. Ad

quid ego conturbor, cū omnia humana ferè ita habere videantur? CL. Qua de re dicas? ATH. Diciturus eram nullum vñquam hominum aliquid lege sancire, sed fortunas casusq; variis incidentes, leges nobis per omnia fere. Aut enim imminentis violentia belli, priorem pertinet rempub. legesq; mutat: aut summa quādam pernuria. Morbi quoque multa innouare compellunt. Perstis etiam diutina, multorumq; annorum incomoda, & importuna tempestas. Hæc si quis animaduertat, non rebitur idem quod ego nunc, exclamare, mortalium neminem leges condere, sed humana omnia fortunis agi. Quod si quis in navigatione, gubernatione, medicina, militari imperio affirmauerit, recte videbitur dicere. Sed rursus et istud similiter de ijs ipsis bene dicitur. CL.

Quæ sint leges producuntur.

Deum & fortunā opportunā temp̄ cū. Ita gubernare, artē sequi. Quidnam? ATH. Deum quidem omnia, & fortunam opportunitatemq; simul cum deo cuncta humana gubernare. Mitius tamen concedendum, tertium superiora, arte videlicet sequi. Tempestate enim imminente multū interesse arbitror, gubernatoriam habeas artē, nēcne sequi.

An quo modo dicendum? CL. Ita prorsus. ATH. Nōne & in alijs eadem ratio? Atqui & legum lationi idem est tribuendum, ut concurrentibus alijs quācunque ad felicem regionis habitationē conducunt, legislator veritatis compos ciuitati ipsi non defit. CL. Vera loquaris. ATH. Nōne qui in singulis illorum artem habet, precari poterit, ut aliquid à fortuna sibi feliciter adsit, nec alia re praterquā artificio opus sit? CL. Valde. ATH. Ceteri quoque oēs, quos modo diximus, si quis quāsierit, suas preces votaq; aperiēt. An non? CL. Plane. ATH. Idem & legislator, ut arbitror, faciet. CL. Sic puto. ATH. Age itaque sic eum interrogemus. O legislator, qualem tibi ciuitatem tradi desideras, ut ipse ex reliquis postea sufficienter eam disponere possis? Quid recte dein de dicitur? An legumlatoris responsio afferri debet? CL. Vtique. ATH. Tyrannidi subiectam mihi tradite ciuitatem, dicet. Tyrannus autem iuuenis sit, memoria valens, acutus, fortis, naturaq; magnificus. Et quod in superioribus omnes virtutis partes sequi debere dicebamus, id animo quoque tyrannico inst, si quid modo cetera profutura sint. CL. Temperantiam mihi videtur hostes, o Megille, dicere tyranni atq; inesse oportere. Nōne? ATH. Popularem, o Clinia, dico, non temperantiam illam quam extollens aliquis prudentiam appellandam esse monstraret, sed eam ipsam affectionem quæ in bestijs & pueris illico appetit innata, ut alijs ad voluptatem prionores, continentiores alijs nati esse videantur. Quam quidem continentia à bonis alijs separatas, parui faciendam esse duximus. Teneatis quod dico? CL. Maxime. ATH. Hanc ergo naturam ad superiores illas naturæ qualitates tyranus habeat, si debet ciuitas celerimè et optimè prout possibile est eam gubernationē asequi, qua felicissimè uiuat. Nulla. n. velocior, nulla melior dispositio ciuitatis aut est, aut esse potest. CL. Qd̄o verò & qua ratione hostes id afferens aliquis, recte dicit sibi quāspidam suadebit? ATH. Facile intellectu est, o Clinia, hoc ita natura esse. CL. Quid ait? Nunquid esse illud afferis, si tyranus iuuenis sit, temperatus ingensq; acumine & memoria pollens, fortis, magnificus, atq; felix? ATH. Adde nihil aliud, nisi ut tempore ipsius laude dignus legislator reperiatur, & fortuna qua

dam eos in idem condicat. Hoc n. si accesserit, omnia fer  
mè Deus dederit quæ dare solet, quoties ciuitatem ali  
quam felicem maximè vult fore. Deinde si duo tales  
principes sint. Tertio loco si tres. Et successionis eadem ra  
tione seruato eo difficilius, quo plures: atq. contrà, quo  
pauciores, eo facilius. c.l. Ex tyrannide optimam fieri  
rempublicā affirmare videris, cum summo certe legula  
tore, modestoq. tyranno facilimè & celerrimè ex illa in  
hanc mutationē fieri. Secundo ex paucorū potētia. Tertio  
ex populari. An non ita? a.t.h. Minime. Sed ex tyra  
nide primo. Deinde ex regia gubernatione. Tertio ex qua  
dam populari potentia. Postremo paucorum potentia opti  
ma reipublicae generationem difficilimè suscipit. Pluri  
mi. n. in ipsa potentes sunt. Tunc verò hac fieri dicimus,  
cum verus natura legum conditor inuenitur, & ei potē  
tia quadam communī cū illis contingit, qui plurimum  
in ciuitate possunt. Vbi autem paucissimi quidem nume  
ro sunt, potentia uero summi, quod tyrranidi accidit, ibi  
celer & facilis fieri mutatio solet. c.l. Quo pacto. Non  
enim intelligimus. a.t.h. At verò non semel id à nobis,  
sed sapientia, ut opinor, est dictum. Vos autem fortasse ciuita  
tem tyrranide pressam nunquam vidistis? c.l. Ego qui  
dem videre eam minimè cupio. a.t.h. Atqui quod modo  
diximus, in ea inspicias. c.l. Quidnam? a.t.h. Quod  
non multo labore nec longo tempore tyrrano opus sit, ciuita  
tis mores mutare volenti. Nam siue ad virtutis officia,  
siue contrà ciues perducere velit, ipse primus viam  
per quam sequantur ceteri, ingrediatur oportet, oraq.  
in seipso primum expressa prescribat agendo, alia qui  
dem laudans atq. honorans, alia vero uituperans, &  
eos qui non obediunt in singulis actionibus semper de  
decorans. c.l. Quomodo verò vbiq. magnum quid aut  
arduum existimabimus, vt ciues eum statim sequantur,  
qui ita suadet & cogit? a.t.h. Nemo vobis persuadeat,  
o amici, aliter unquam citius & facilius quam principi  
pum exemplo leges in ciuitate mutari. Neq. aliter ocyus.  
aut fieri nunc existimetis, aut futurū. Profecto hoc nobis  
neque impossibile est, neq. factu difficile. Sed illud diffi  
cile factu est, raroq. longo in tempore factum, quod  
si quando contigerit, innumera ciuitati cui enueniet &  
immensa bona efficiet. c.l. Quid illud? a.t.h. Siquando  
diuinus amor temperate insteḡ agendi magna poten  
tia innascatur, que aut in vniuersitate sit potestate, aut  
in plurium principatu diuinitatis vel nobilitate generis ex  
cellentium: aut siquando naturam. Nestoris quis redu  
xerit, quem & dicendi facundia, & temperantia vi  
tae, multo magis omnibus excelluisse ferunt, qualis qui  
dem vir Troiae temporibus fuisse dicitur, nostris autem  
minime, si inquam talis quandoq. vir fuit, aut erit,  
aut nunc inter nos est aliquis, et ipse beatè vivit, & il  
li quoquo beati sunt, qui fluentia ex ore modesto audiunt  
verba. Eadem quoq. de vniuersa potentia ratio est, quod  
videlicet cū in eodē homine bene, cum prudentia et te  
perantia simul potentia summa conuenerit, tunc demum  
gubernationis optima, optimarumq. legum elucebit ori  
go, aliter autem nunquam. Verum hæc tanquam fabu  
la quædam oraculorum ritu dicta sint, ostensumq. sit,  
fundare ciuitatem bonis fundari legibus, partim  
partim verò si contigerit id quod diximus, longè o  
legibus. minum facilimum & breuiissimi temporis opus. c.l. Quo  
Difficile est  
fundare ciuitatem bonis  
partim  
partim  
legibus.

nōstra facilitate nostrarum rerum curam habebat, pacemq; & pudicitiam, libertatem & iustitiae copiam præbens, procul à seditione, ac felix hōum reddebat genus. Hic vtq; sermo veritate v̄sus afferit, ciuitatibus oībus, quibus non Deus, sed mortalis aliquis dominetur, nullā vñquam malorum laborumq; fori quietem. Sed oī studio imitari nos iubet vitam, qua sub saturno fuit, & quantum in nobis est immortalitas, ipsi obtemperantes, priuatim & publicè domos ciuitatesq; gubernare, ipsam enentis in qualibet re dispensationem, legem nuncupātes. Nam si homo vñus aut paucorum, aut et populi potestas, voluptati, & cupiditati deditum animum habeat, hisq; repleri desideret, cumq; id minimè asequatur, inexplebili inextinguibiliq; ardore & insanabili morbo uexetur, dominetur aut ciuitati aut priuatis nōnullis, statim sp̄eis legibus non est, vt modo dicebamus, sp̄es vlla salutis. Considerare decet, ò clinia, vtrum huic rōni credendum sit, an aliter faciēdum. CLIN. Necesse est vt credamus. ATHEN. Perspicis tot legum species, quot & gubernationum à quibusdam existimari. Gubernationum vero species, quot multi ponūt, paulo antè narravimus. Neg, de re vili nunc, sed de re maxima nobis esse questionem existimes. Nam quo iustum & iniustū respicere debeat, rursus in ambiguitate incidit. Nec .n. ad bellum, nec ad eūm virtutem referri leges debere aiunt, sed ad illud potius quod constitut, reip. conferat, quæcumq; illa sit, vt dominetur semper, nec pereat. Iustiq; definitionem sic natura optimè se habere contendunt. CLIN. Quo pacto? ATH. Quod potentiori confert. CLIN. Apertius dico. ATH. Sic accipe. Leges, vt aiunt, semper in ciuitate ponit, quod dominatur. Nōnne? CL. Utq;. ATH. Nunquid existimas, inquit, vel populum superantem, vel aliam quampiam remp. vel tyrannum, ad aliud potius sponte leges laturum, quam ad utilitatem suam, hoc est sui principatus stabilitatem? CL. Non ad aliud. ATH. Si quis autem hōi leges transgrediatur iam positas, vt iniquus punietur ab eo qui has institutiones induxit, iustasq; appellat. CL. Sic appareat. ATH. Sic itaq; iustum se semper habebit. CL. Sic sanè hæc afferit ratio. ATH. Vna profecto hæc iniquitas ex illis est, qua de principatu sunt. CL. Ex quibus? ATH. Ex his inquam quas supra narravimus, quos quibus imperare oporteat, exponentes. Diximus autem parentes filijs atque nepotibus, seniores junioribus, generos ignobilibus dominari debere; & alia quadam, si tenetis, quorum alijs alia impedimento sunt, ex quibus vnum hoc erat. Adieciimusq; Pindarum existimare, secundum naturam ac iustum imperium esse, vt potentiora imbecillioribus dominantur. CL. Hæc certè tunc dicta fuerunt. ATHEN. Considera iam quibus nostra ciuitas committenda. Milies namq; in ciuitatibus nonnullis id contingit. CL. Quidnam? ATH. Cum de principatu certatum esset, qui viceerunt, adeò ad se solos rem contraxerunt, vt nullum vieti eorumq; posteris magistratum concederint, ea uentes semper ne quis ex vietiis potentiam adeptus, insurgat priorum memor malorum. Has quidem nos negamus esse respublicas, neque censemus reas esse eas leges, qua non sint communiter totius ciuitatis gratia posita. Qui autem aliquarum partium gratia leges condunt, eos non ciues, sed seditiones putamus, & iura sua frustra sic ab eis vocari cēsemus.

Hæc autem eam ob causam dicimus, quia nos tua in ciuitate non ideo magistratus alicui dabimus, quod diues sit, aut hōi quicquam possideat, vt robur, magnitudine, generis claritatē. Et vero qui positis legibus parebit maximè, & hac re ceteris in ciuitate præstabit, deorū quoque culum & ministerium dabimus, maximum quidē primo, secundum vero illi qui secundo loco excellet. Eademq; ratione sequentibus singula pro dignitate distribuemus. Magistratus autem legum ministros appellauit, non quia innouare vocabula cupiam, sed quia putem salutē hinc maximè ciuitati fore, & contrarium ex contrario. Interitum .n. paratum illi ciuitati video, in qua nō lex magistratibus, sed legi magistratus præsunt. Salutem vero illi, vbi lex seruentibus magistratibus dominatur. Cuncta certè bona, qua dīj ciuitatibus præbent, huic auctore cerno. CL. Per souem hospes acutè, vt etas tua postulat, perspicis. Iuuenis .n. hæc obtuse admodum, senex acutissime cernit. MEG. Vera loqueris. ATH. Quid vero deinceps? Nōnne venisse iam ac adesse colonos arbitrii debemus, reliquumq; ad eos sermonem peragere? CL. Quid prohibet? ATH. Sic itaq; ad eos dicamus. Deus, ò viri, sicut antiquus quoq; sermo testatur, principium, si rem, & media rerum omnium continens, recta peragite secundum naturam circuens. Hunc semper iudicium comitatur, eos qui à diuina lege descuerint puniens. Cui quidem iudicio quicunq; felix futurus est adhærens, humiliè subsequitur atque compositus. Qui autem superbia elatus est, quod pecunia vel honoribus antecellat, vel corporis forma polleat, qua cum iuuenilis aīus dementia simul ardeat & perulantia, quasi nec principe nec duce vlo indigeat, sed aliorum ipse sufficiens ductor sit, is penitus à Deo deseritur. Desertus aut, & alios huiusmodi nactus, exultat omnia simul perturbans, multisq; vide tur minimè contemnendus. breui tamen postea inculpabili dei punitus iudicio, seipsum, domū suam, ciuitatemq; vniuersam simul euertit. Cum hæc igitur ita disposita sint, quid facere & cogitare, qui due cauere prudentem oportet? Nemini dubium quin cogitare quisq; debeat qua ratione ex eorum numero sit, qui deum sequantur. Quæ nam igitur actio à Deo amatur, Deumq; sequitur? Vna certè, rōnem vnam antiquam habens atq; præcipua, quod simile simili, quod moderatum sit, amicum est. Immoderata vero neg, iniucem, neg, moderatis sunt amica. Deus profecto nobis rerum oīum maximè sit mensura, multoq; magis quam quiniis, vt ferunt, homo. Qui igitur huic tali amicus fore studet, eū necesse est, vt quam maximè pro viribus talis efficiatur. Atqui secundū hanc rōnem quisquis hominum tēperatus est, Deo est amicus. Similis enim, Intemperatus aut, dissimilis, differēs, & iniustus, ceteraq; similiter. Sed intelligamus ad hac rationem illam sequi omnium rationū, vt arbitror, pulcher rimam atq; verisimilam, quod bonū virū decet sacrificare dīs, & interesse diuinis. Nempe illos prosequi orationibus, muneribus, alioq; cultu diuino, pulcherrimū, optimum, cōmodissimum ad beatam vitam, idq; præcaseris est decorum. Malo autem contra contingunt omnia. Impurus .n. mali est aīus, boni autem purus. Ab impuro autem capere munera, neg, bonum virum, neg, Deū decet. Frustrā itaq; circa deos prophani laborant, quod opportunè faciunt omnes sancti. Atqui signum quidem hoc est,

quō aciem debemus intendere. Sagittae vero ad illud quā  
 nam? & qui proprius ipsarum impetus, rectissimē di-  
 ceretur? Principio post cœlestium, ciuitatiq; præsidetium  
 deorum honores, si quis terrestribus dīs paria, secunda,  
 præcipua munera tribuat, rectissimē signum ipsum pietas  
 attinget. Quæ vero horum supra positorum imparia,  
 & alterna voce respondentia supra dictis, post deos istos  
 damonibus vir metis compos sacrificabit, heroibusq; post  
 demones. Sequuntur statua patriorum deorum propria  
 secundum legem consecratae. Demum viuentium cultus  
 parentum, quibus fas est prima & maxima debita omniū  
 antiquissima debitorū persoluere. putare n. quisq;  
 debet, omnia quæ possidet, eorum esse qui genuerunt &  
 educarunt, ita ut illis haec omnia pro viribus ministrare  
 debeat, primum quidem externa bona, deinde etiam cor-  
 poris, postremo quæ ad animum pertinent, hac omnia vi-  
 delicet mutuo data persoluens, & pro curis doloribusq;  
 priscis parentum, in senecta recentes reddens, quando  
 maximē indigent. In verbis quinetiam per totam vitā  
 parentes venerari maximē decet. Leuiū n. volatiliumq;  
 verborum grauiſſima imminet pœna. Nā omnibus præ-  
 Nemesis. posita est Nemesis iudicij angelus, huiuscmodi omnium  
 consideratrix. Oportet itaq; irati animumq; expletibus  
 cedere seu verbis siue rebus id faciant, non ignorantes pa-  
 trem iure admodum filio Valde succensere, siquando ab  
 eo iniuriam sibi fieri arbitretur. Mortuis vero parenti-  
 bus monumenta decentissima, quæ temperatissimē stru-  
 eta. Neq; consuetam magnitudinem oportet excedere,  
 neq; minora illis facere, quæ maiores genitoribus suis strue-  
 bant. Annas quoq; curas defunctorum, quæ ornamen-  
 tum afferunt, instaurare decet, & noua quotidie repeti-  
 ta memoria semper parentes summoperè honorare, impen-  
 dio moderatè pro fortuna vtentes. Si haec seruabimus, vi-  
 tamq; semper ita agemus singuli, digna à dīs ceterisq;  
 natura nostra superioribus omnibus p̄mia reportabimus,  
 plurimum bona cùm spe viuentes. Quæ vero erga filios  
 & nepotes, consanguineos, amicos, cives, peregrinos,  
 deos semper colendo tum in congressu horum omnium ope-  
 rari quisq; debeat, atq; ita vitam suam secundum legem  
 illustrare, legum ipsarum tractatis demonstrabit, par-  
 tim quidem suadēdo, partim vero duriores mores vi sup-  
 plicioq; cogendo: atq; ita ciuitatem nostram fauentibus  
 dīs, felicem beatamq; efficiet. Quæ vero rursus oportet  
 necessariumq; est, ut legislator, qui eadem quæ & ego  
 agit, edifferat, neq; tamen sub ipsa legis forma cōmodè  
 dici posse videntur, horum exemplum in primis tam ipsi  
 legumlatori, quam his qui lege instituendi sunt, arbitror  
 afferendum: deinde legum positionem incipiendam, reli-  
 quia omnia pro viribus discutiendo. Talia vero quomodo  
 maxime habeant, haud sanè facile vna quadam formu-  
 la comprehendendi potest. Sed ita de ipsis modum aliquem  
 capiamus, siquid de ipsis asseuerare possumus. CLIN.  
 Dic age, quem modum? ATH. Vellem equidem eos ad  
 virtutis officia persuasos maxime & obtemperantes esse,  
 idq; legislator facere ubique conabitur. CLIN. Quidnis?  
 ATH. Quæ igitur dicta sunt, nonnihil ad illud con-  
 ducre mihi videntur, ut si non crudus omnino audientis  
 animus sit, mitior benevolentiorq; in audiendis præceptis  
 efficiatur: benevolentior vero factus, facilius perdi-  
 scat: quod si non omnino peragatur, aliquo saltē modo  
 factum, satis esse putandum est. Non n. magna est eorū  
 copia, qui optimi quam maximē & celerrime conentur  
 euadere. Hesiodum vero sapientem multi prædicant, cū  
 dicat viam ad vitia planam esse, ac sine sudore peragi,  
 cū breuissima sit. Ante virtutem vero, inquit, sudore  
 dīs immortales posuerunt. Ac via quæ ad eam ducit, lō-  
 ga, ardua, & affera primum: sed postquam ad summa  
 fastigia perueniū est, quæ ardua via fuerat, facile pre-  
 stat callem. CLIN. Bene dicere videtur. ATH. Ita certè  
 est. Verum quò sermonis spectabat progressio, volo in me-  
 dio vobis proponere. CLIN. Ponas. ATH. Orationem ad  
 legislatorem sic vertamus. Dic nobis, o legislator, si sci-  
 res quid agendum dicendumq; nobis sit, nonne dices?  
 CLIN. Necessario. ATH. An non paulo antè dicentem  
 audiuiimus non debere legislatorem poetis permittere, ut  
 quecunq; sibi placent, effingant? Non n. intelligunt,  
 quæ dicta contrà leges noceant ciuitati. CLIN. Vera lo-  
 queris. ATHEN. Si de poetis haec ad eum dixerimus,  
 erūnt nobis modestè dicta? CL. Quanam haec? ATH.  
 Vetus, o legislator, fabula paſsim a nobis fertur, atq; à  
 ceteris omnibus confirmatur; poetam quando in Musæ  
 tripode sedet, non esse mentis compōre, sed quasi fontem  
 fluere, & quecunq; influunt, prorsus effundere. Cumq;  
 ars eius imitatio quādam sit, & contrarios affectus ho-  
 minum exprimat, s̄epe cogi poetam sibi ipsi contraria di-  
 cere, neq; scire utrum haec an illa vera sint. Legislatori  
 aut̄ non licet duo quādam diuersa de uno in lege loqui,  
 sed unum debet semper enunciare de uno. Id autem ex  
 his quæ modo dicebas, atq; aduertes. Cū sepulchorum alia  
 excedant, alia deficiant, alia medium teneant, media-  
 crialia simpliciter laudasti, fieriq; sola iussisti. Ego aut̄  
 si vxor mihi ditiſſima esset, iuberetq; ut eam magnifice  
 spelirem, in poemate excedens sepulchrum laudare: pa-  
 per aut̄ vir atq; anarus, deficiens. Qui vero mediocres  
 dinitias possidet, & ipse quoq; moderatus sit, mediū lau-  
 dabit. Sed tibi non ita dicendū, sicut dicebas modo, ut  
 scilicet mediocre solummodo dicas, sed quid quantumq; me-  
 diocre sit, exponendum. Alter ne putas orationem hu-  
 iusmodi legem esse. CLIN. Vera loqueris. ATHEN. Vtrū  
 qui legibus condendis incumbit, nihil tale in legum exor-  
 dio dicet, sed statim quid faciendum sit, & quid non,  
 exponet: mulctaq; imposta ad aliam se legem vertet,  
 nulla ratione ad exhortandum persuadendumq; allata?  
 Afferamus autem in medium modos medendi duos, qui  
 bus alijs medici aliter curare consueuerunt, ut quemadmo-  
 dum pueri medicum orant, ut modo quam facilimo eos cu-  
 ret, ita & nos legumlatorem. Quod ut fiat apertius,  
 nonne dicimus quosdam medicos esse, & quosdam medi-  
 corum ministros, quos etiam medicos appellamus? CL.  
 Sic omnino. ATH. Siue liberi sint, siue serui, qui domi-  
 norum iussu, consideratione, vsu, & experientia arte pos-  
 sident, non aut̄ secundum naturam, sicuti liberi, qui et  
 ipsi sic didicerūt, & suos filios instruunt? An ponis duo  
 hæc genera medicorum? CL. Quid prohibet. ATH. Nunca  
 igitur intelligis cū serui et liberi in ciuitate agrotent, ser-  
 uos à seruis plerung; curari? Qui et in medicorum offici-  
 is versantur, & omnia circumeunt, nec rōnem ullam  
 de singulis seruorum morbis, aut redditum, aut accipitūt,  
 sed quæ usu prodeſſe videntur, quasi exacteſcientes, ty-  
 rannorum inſtar superbè et pertinaciter imperat, atq; ita  
 à seruo

à serno ad serum medentes transuolant. In quo sane ad curandos agrotantes domino facilitatem parant. Liber aut medicus liberorum ut plurimum morbos curat atque considerat, ita ut à principio morbi naturam perquirat, cōterg cū agrotante atq; eius amicis versetur, tū discedo ab illis nonnihil, tū quoad fieri pot docendo, nec antī imperat quicquā quām persuaserit. Atq; ita persuadendo semper mansuete ad sanitatē perducere agrotantes conatur. Vt melior est & medicus & exercitator, qui sic, an qui modò illo medetur, atq; exercet? Qui uidelicet dupliciter vim vna perficit, an qui simpliciter, & enī qui deterior ex duobus atq; atrocior modus est, exequitur? C. L. Multū p̄stas hospes, qui hoc dupliciter peragit.

A T H. Vt ergò duplex hoc atq; simplex, quō in legibus ferendis fiat, consideremus? C. L. Volo equidem. A T H. Dic age per deos, quā legis conditor primā legem conscribet?

An non secundū naturā, primum generationis in ciuitate principium antē oī a legibus exornabit? C. L. Planè.

A T H. Principium aut generationis oībus ciuitatibus nuptiarum conuentus atq; cōio. C. L. Vtq; A T H. Quare si nuptiales primum leges ponantur, bene ad oīm ciuitatē recte constituendam posita videbuntur. C. L. Sic est oīno.

A T H. Simplicem ergo primū dicamus, quae sic se forsitan habebit. Vxore quisq; a trigesimo anno vsg; ad trigesimū quintū ducat. Si non duxerit, pecunia mulctetur atque dedecore: pecunia quidē tanta vel tanta, dedecore autē tali quodam vel tali. Et simplex quidem lex de nuptijs talis sit, duplex autē talis. Vxorem ducere quisq; debet ab anno trigesimo ad trigesimū quintū, cogitans quod natura quāda humanū genus quodāmodo immortalitatē consequitur. Cuīs rei quisq; natura summopere cupidus est.

Nemo n. est, qui non desideret perpetuū apud posteros nomen habere. Genus itaq; hōiū immortale hoc modo in ratione fit sempiternum perdurat, quād filiorum filios relinquendo vnum & idem semper per generationem immortalitatē adipiscatur. Nefas autē est immortalitate seipsum sponte priuare. Hac verō ex animo ille se priuat, qui filios & vxorem negligit. Quicunq; legi huic obēperauerit, indemnis esto. Qui verō non paruerit, & quing; ac trīginta annos natu vxiorem non duxerit, ne solitaria vitam lucro sibi & voluptati fore censem, tanta in annos singulos mulctetur pecunia, neq; eorum particeps honorū sit, quos iuniores quotidie in ciuitate senioribus exhibent. Duabus his legib; inuicē comparatis, de singulis iudicare licet, utrum oporteat eas duplices longitudine quām breuiſima conscribere, ut persuasions simul interponantur & minē: an minis vti solum, & simplices longitudine leges condere. M E G. Laconici moris est, hospes, breviora semper eligere. Si quis autē in his me iudicem faceret, ut eligere mihi liceret ex his utram velim legem in ciuitate, longiore eligerem: in ceterisq; legibus oībus, si duo hac proponantur, ad hoc ipsum exemplar idem facerem. Oportet tamen præsentes leges & cliniae huic probari. Huic enim ea ciuitas est, cuius vſui leges haec conduntur. C. L. Probè tu quidem Megille. A T H. De prolixitate quidem vel breuitate scribendi curare nimis ineptum est. Non enim breuiſima aut longiſima, sed optima sunt, ut arbitror, eligenda. Atqui & in legibus paulo antē propositis, non duplicitate solum altera magis quā altera ad virtutem confert: sed quod de du-

plici medicorum genere dictum est, rectissime est apposatum. Quod quidem legislatorum nullus vñquam cogitasse videtur. Nam cum liceat duobus quibusdā ad fērendas leges, vi persuasionēq; vti ad turbā disciplinā experte, quoad possunt altero solum vntuntur. Non n. persuasiō minas contingunt, sed vim puram solummodo inferunt. Ego aut, o viri beati, tertium quiddam etiam faciendum in legibus video, quod fieri nusquam videmus. C. L. Quidnam? A T H. Quod per ea de quibus differimus nobis Deo quodam aspirante factum est. Mane n. diffūtare de legibus cōpimus, & iam meridies est, & hoc amēno in loco cōmodissimē requiescimus, de legibus solummodo disputantes. Et nunc primum tractandarum De exordijs legum principium facere mihi videmur. Superiora vero cuncta exordia legum erant. Quorsum hæc? quia volebam dicere, quod sermonum omnium ceterorūque quibus vocis imitatio est, exordia sunt, & quasi quadā praludia, quæ artificiosam aliquam & utilem ad rem dicendam tractationem habent. Nempe illis que citharae dicuntur leges vocantur, & reliqua musa, proœmia mire adiuuenta præponuntur. Verārum autē legum, quas ciuiles esse dicimus, nemo vñquam proœmium aliquod aut pronuncianit, aut conscriptum in lucem protulit, quasi nullum natura sit. Nobis autē mora hæc & disputatio nostra esse aliquod significare videtur. Leges autē quæ modō duplices appellatae sunt, non duplices sunt simpliciter, sed duo quadam, lex, ac legis exordium. Atq; ea quam tyrannico & medicorum seruiliū imperio comparauimus, lex mera est. Quod verō antē positū fuit dictum, ad hoc persuasorum, reuera ad persuadendum spectat quidem, sed vim habet exordij. Nam vt benevolentiū audiant legislatoris imperium, quæ lex est, & propter hoc facilius suscipiant ciues, idcirco tota illa oratio habita est, quæ ad persuadendū est inducta. Quapropter ut mea sñs a fert, non legis ratio, sed proœmiū, totum hoc merito appellabitur. Post hæc autem quid insuper addi desidero? hoc sane. Oportere legislatore exordiū semper omni legi præponere, & in singulis in quo a seipsis differant, quatenus duo illa, quo modo relata sunt, differebant. C. L. Ego quidem nunquam aliter virum harum rerum peritum leges ferre desiderare. A T H. Probè mihi, o Clinia, eo dixisse videris, quod omnibus legibus proœmium quoddam præerit, & quod oportet in omnis legum conscriptionis principio, omni sermoni præponere exordium legibus singulis accōmodatum. Non enim parum est quod postea dicitur, nec parum refert clārē an obscurē talia cōmemorentur. Si autem magnarum paruarumq; legum exordia similiter confici iubemus, non recte iubebimus. Non enim in omni cantu neque in omni sermone id faciendum. Nam et si posset in omnibus inueniri, non tamen omnibus videntur est. Id autem ipsi rhetori, cantoriq; & legum conditori semper est concedendum. C. L. In. Vera loqueris hospes. Sed ne vltius immoremur, ino verō ad sermonem propositus iam reuertamur, & ab illis incipiamus, si tibi placet, quæ suprà hand quasi proœmio vñs dixisti. Quare iterum, ut ludentes atunt, meliora ab initio secunda resumamus, quasi certum proœmium non quemlibet sermonem ut nuper tractantes. Incipiamus itaq;, & exordiri profiteamur. Ac de honore quidem deorū maiorumq;

rumq; nostrorum cura satis sit dictum: cetera transfigere annitamur, donec tibi videaris sufficienter totum proximum absoluissse. Deniq; post proximum leges aggredieris.

A T H. Cum de diis deoꝝ sequentibus & parentibus sine viuentibus sine defunctis satis per exordium dixerimus, ut nunc affirmamus: quod restat, ut tu iubere videris, in lucem est educendum. C L. Prorsus quidem. A T H. Post illa vero quae ad animos, quae ad corpora, quae ad externa pertinet, quo studio colenda sint communiter differendo, ita determinare oportet, ut & dicentes & audientes disciplinam pro viribus consequamur. Hec ergo post illa nobis reuera dicenda audiendaq; sunt. C L. Repte admodum loqueris.

## DIALOGVS QVIN TUS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM LATIONE.

MARSILI FICINZ  
ARGVMENT.



**M**IRABILIA quotidie fieri videntur a magne in ferris, à succino in paleas, à fulguribus in solidis, ab ignito sulphure in bombardam, à tota natura vel in motu celi, vel in artificio rerū que gigantuntur, formatione. Causas quidem ignoramus, neque tamen ob causarū ignorantem negamus effectus fieri, quos videntur. Mirabilia rursus fieri nonnunquam ab animis nostris in oracula ceterisque prodigijs testis est non solum omnis historia, sed autoritas etiam Mercurialis & Pythagorica atq; Platonica. Et si stuporū nostrū mentis operū rationem certam facile oēs affigare non possumus, negare tamen opera vel facta fuisse, vel posse fieri, non debemus. Videntur ignem quo celo similius est quam cetera elementa, eo mirabilius agere, ut breui ad suam trahat formā, que cetera tempore vix longissimo trahunt, neque mixtionem perpetuat, & cum videtur diuidat, longiusque admodum quam cetera suum pretendat effectum, & longissim per lumen agat atque momento. Verum habet hoc à celo, & celum imagine sui agit, id est lumine, que ignis vix naturali efficit qualitate. Quis enim dubitet celestia per radios suos tam nobis occultos, quam manifestos ab ipsis velut imagines profuentes, mouere inferiora semper atque formare? ferme non aliter, quam vultus speculum & speculum cōcaum materiam secum postitum est conspectu. Sed age iam in hoc speculo & superos in animam speculemur. Quanto efficacior est ignis ceteris elementis, & igne celum, tanto efficaciōes celo sunt spiritus, qui vel vivificant, vel mouent celum, vel vivificant et mouentium sunt consortes. Spiritus ergo superiores in nostris vt potē cōfortes, imaginum duntaxat suarum influxibus operantur, quemadmodum vultus in speculum: atque agendo in eas formant, similisque efficiunt: usque adeo ut anima sepe tam ferme mirabiliter, quam celestes soleant, operentur. Quemadmodum vero speculum ad imagines à vultu suscipiens quinque modis præcipue preparatur: primo quidem natura vitrea, deinde perspicuitate, tertio lenitate, quarto resistentiā, quinto positione: sic & anima nostrā ad influxus nummū præparantur. Primo quidem, quod intellectuales naturā sunt sicut & illa. Secundo, quando per intellectū, si de illa h̄erent indubia. Tertio, per voluntatem amore in illa se ē dentissimo transferunt. Quarto, tota in illis firmiter memoria sperant. Quinto, si corpus habeant, & natura illis accommodatum, & diligentia præparatum, tunc in mentes nostras a superioris ita labuntur instinctus, ut à fidibus lyra in fides similiter temperatas. Tunc prodiga, somnia, vaticinia, oracula veniunt. Mitto quod lamblichus Porphyriusque narrant, oracula quædam per aquam fieri solita, quædam per aērem, quædam vero per ignem: forte quia à dēmonib; vel aqueis, vel aereis, vel igne mittantur. Forte etiā quoniam locis & temporibus alijs atq; alijs, per occultas causas contigerit mentium humanarum affectus ad superiora conuerti, cōversosq; inde formari. Profecto nostrae mentes in varia nūmū distractabuntur. Verū si quando integrā virtute sua ad certum opus utā

tur, sicut & ignis tota intentione naturā comburit, & culum tā agit influxu, tunc Plato non dubitat mirabiliora à nostris membris quā ab igne vel celo, facilimē prouentura. Non dubitant & Auscenna Alga Zelēsque, nescio qua sorte sepe Platonei. Sed de his in Thologia latius disputamus. Quibus euangelicū illud de fide mōtes permutatura, maximē confirmatur: confirmantur & plurimā quae Plato in libro superiori & hoc quinto, imo & sequentibus omnibus de oraculis afferit, adeo ut non aliter, vel urbis dispositio, vel reip. forma, vel sanctiū legum sepe habeat, quam per oracula comprobetur. Verum quāmis oracula tria cōmemoret, tamen ceteris insuper uaticinij que ueriora forsitan reperi possunt, autoritatem suā ad idem manifeste concedit: Sed iam ad argumentum quintū propriū ueniamus. Cū igitur animus nōst̄r speculum sit diuinorum, merito post diuinorum cultum in quarto descriptum, mox in exordio quinti atq; ipsum ibet coli, quasi rem sacram: & qui in superioribus Pythagorea carmina est imitatus, in presenti quoque animi cultu libenter Pythagoram suum sequitur præcipientem: Post deos maximē omniū reuerere teipsum. Quantū uero momenti sit eius modi reuerentia ad obseruantiam legum, explicare non possem. Sed facit h̄ec, ut summā dicam, ut quisquis animi sui quāsi numinis conpectū abſūlūtū reueretur, indicem habeat intra seipsum: ad cuius legem, vel absq; legibus scriptis uitam suam perfectissimè dirigit, ac tandem facilē naturalis legis amore faciat, que ceteri uix scriptarū legum formidine faciunt. Proinde dum de colendo aio disputat, oīa de officiis præcepta tradit, tum ad seipsum, tum ad alios ad omnesque uirtutes priuatim & publicē pertinentia, que discere quisq; debeat atque ediscere. Post h̄ec finē imponit exordio legum. Vbi appetat totam de legibus disputationem in tres præcipue partes esse diuisam. Primo quidem in proemium, ab initio libri primi ad hanc usq; partem quinti producunt: Deinde in ipsam legum disputationem. Et primo in leges ad rem publicā magistratūque potissimum pertinentes. Deinde ad singulas spectantes ciuium actions. Neminius uero te arbitror singulas præterea leges, singula habere processuā. Principio legifer purissimos pro uiribus colonos eligat, atque pastorū more puros segreget ab impuris. Lustret quoq; ciuitatem, ac nisi summa cogat necessitas, non inferat uiolentiam. Ad aquæ census pro uiribus, ne alijs ditissimi sint, alijs uero mendici. Caveat ne quis iniuste diuitias cumulet. Neque luculentissimā conetur ciuitate reddere, sed iustissimā. Prædicet ueritatem & apud homines, & apud deos esse maximē oīum uenerandam. Item in peregrinos hospitabilitatem, in supplices indulgentiā. Moneat unumquemque animā erga seipsum amorem filii, atque peruersi solere. Præcipiat, ne quis abundans ipse, patiatur proximū esurire. Collocet urbem si pot in media regione singulas circūspectans cōmoditates. In duodecim partes urbem diuidat, totāque similiter regionem. Sed cur in partes duodecim? ut intelligas molē tantam tamque laboriosam universi ipsius auxilio indigere, quod est in spheras duodecim distributum. Item ciuitatem ad imaginem regni caelestis esse gerendam. Caelestis aut ciuitas in signa duodecim, quasi duodecim tribus, est distributa. Nec ab re diis duodecim ciuitatem cōmentat suam. siquidē dij duodecim, signis celi duodecim pessē dicitur. Imo vero dij sex sexq; deae. Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venusq; Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Præpone singula singulis: mēbris quidem nostris signa: Signis præterea deos. Arieti quidem & capiti nostro Palladem, Taurō vero & nostrā ceruici Venerem. Gemini & humanis brachijs Apollinem Cancro pectoriū Mercurium Leonis humeriū Iouē. Virginū illyū; Cererem. Libra & natibus, quod honestē dictum sit, Vulcam. Scorpio & pudibundis Mariē. Sagittario memoriū Dianam. Capricorno et genibus Vefā. Aquario cruribusū Iunonem. Piscibus pedibusque Neptunum. Intellige per hec ciuitatem totam non aliter unum ex ciuib; multis, quam unū corpus ex multis membris esse debere. Alia vero numina masculina, alia feminina idcirco dicuntur, ut cognoscas & que ad materiam passionēsque, et que ad formas actionesque pertinent, à superis gubernari. Verū cur Plato præcipiam urbis arcem, Vestę, Ioui, & Palladi confecrat? Intellige in diuinis tres oīum fontes existere: Vestam quidem effendi fontē, Iouem uiuendi, Mineram intelligēdi. Atq; in his oīibus auxilium a superioris obsecrandum. Vbi vero Plato cōmentat partitionem domiciliorum agrorūmque in quinque mille & quadragesima, ostendit eiusmodi numerū cōmodissimas in se multasque deinceps distributiones partiū continere. Quod quidē in & sequentibus paulatim aperietur, et vel mediocri arithmeticā potest esse perspicuum. Notabis ubi de cōmuni ciuium vita disserit præceptum de euangelica dilectione & charitate mirandū. Item patriam magis quam matrem esse coledam. Quod ne patriam inquit immortalem deam esse, vel de diuina terreni orbis anima, vel de numine patriæ patrono, vel de caelesti patria dictum putat.

AVDIAT